

Band XI., Nr. 5178, Seite 171-172

Die Edlen Rupert, Vater und Sohn, von Dürn schenken dem Kloster Amorbach eine Hofstatt in Forchtenberg und freien diese von allen Lasten.

Ohne Ortsangabe, 1298. November 2.

Fidelis est literarum custodia, que rerum seriem eloquitur evidenter et emergentibus calumpniis firma obviat veritate. Nos igitur dominus Rupertus et Rupertus filius noster nobiles de Durne presentis carte indicio patere volumus universis, quod ob honorabilium ac in Christo dilectorum virorum domini . . . abbatis et conventus monasterii Amorbacensis nobis quam plurimum impensa merita gratiosa et ob animarum nostrarum salutis perpetue incrementum ipsis ac monasterio eorum aream quandam in opido nostro Forthynberg ibidem nunc ex una parte estuario adiacentem, quam olim Heinricus dictus Fryderûn possedit, de consensu . . . iudicum singulorum et omnium qui de iure vel facto debent vel possunt consensum presentibus adhibere, donavimus et in hiis scriptis donamus sine quolibet iure vel onere excubiarum exactionum vel quarumlibet servitutum que in dicto opido tam ex iure quam ex consuetudine requirentur, immo proprietatis nec non omnimode libertatis pro suis utilitatibus edificandam et vere donationis titulo perpetuo possidendam. Cuius donationis testes sunt: Eberwinus plebanus in Fortinberg, Conradus dictus de Synderingyn, Gerungus carnifex, Conradus dictus Wirt et . . . dictus Burgere cives ibidem cum aliis fide dignis. In cuius facti perpetuam firmitatem prefatis domino . . . abbati et conventui hanc literam dedimus sigilli nostri munimine roboratam.

Datum anno domini MCC nonagesimo octavo, IIII. nonas Novembris.

Bruchstück des Siegels.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

Fürstlich Leiningensches Generalverwaltungsarchiv in Amorbach

Editionen:

Gropp: Monasterium Amorbach, S. 203.

Weitere Angaben

Beschreibstoff:

Pergament

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Ohne Ortsangabe

Aussteller:

Rupert; von Dürn Rupert; von Dürn, Ruperts Sohn

Ortsindex:

Amorbach, MIL

Forchtenberg Wohnplatz (2379)

Forchtenberg, KÜN

Sindringen Wohnplatz (2392)

Sindringen, Forchtenberg, KÜN

Walldürn Wohnplatz (6198)

Walldürn, MOS